Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



bccc

80

dies conuenerit seniores ple-
bis et principes sacerdotum et
scribe et duxerunt illum in con-
silium suum dicentes. Si tu es
xpus dic nobis. Et ait illis.
Si uobis dixero non credetis
mihi. Si autem et interrogauero
non respondebitis mihi ne-
q; dimittetis. Ex hoc autem
erit filius hominis sedens ad
dexteram uirtutis dei. Dixerunt
autem omnes. Tu ergo es filius
dei. Qui ait. Vos dicitis
quia ego sum. At illi dixerunt.
Quid ad huc deliberamus
testimonium. Ipsi enim audiuimus
de ore eius. Et surgens omis
multitudo eorum duxerunt
illum ad pylatum. Ceperunt autem
accusare illum dicentes. Hunc
inuenimus subuertentem gen-
tem nostram et prohibentem tributa
dari cesari et dicentem se xpm
regem esse. Pylatus autem inter-
rogauit eum dicens. Tu es rex
iudeorum. At ille respondens ait.
Tu dicis. Ait autem pylatus
ad principes sacerdotum et ad
turbas. nihil inuenio cau-
se in hoc homine. At illi inuales-
cebant dicentes quoniam pri-
dorem per uniuersam iudeam et
incipiens a galilea usque huc.
Pylatus autem audiens gali-
lea. interrogauit si homo ga-
lileus esset. Et ut cognouit
quia de herodis potestate esset remi-
sit eum ad herodem. qui et ipse
in illis erat diebus. Herodes autem uiso iesu. gauisus
est ualde. Erat enim ex multo
tempore cupiens uidere eum. eo quod
audiuerat multa de eo. Et spe-
rabat signum aliquod uidere fa-
ciendum ab illo. Interrogabat autem
illum multis sermonibus et
ipse nichil respondebat. Stabant
autem principes sacerdotum et scribe
constanter accusantes eum. Spe-
nit autem illum herodes cum
exercitu suo: et illusit indu-
tum uestem alba, et remisit ad
pylatum. Et facti sunt amici
Herodes et pylatus in ipsa
die nam antea inimici erant
ad inuicem. Pylatus autem conuo-
cans principes sacerdotum et
magistratus et plebem dixit
ad illos. Obtulistis michi
hunc hominem quasi auertentem populum.
Et ecce ego coram uobis inter-
rogans nullam causam inuenio
in homine isto. ex his in quibus eum
accusatis. neque herodes. Nam
remisi uos ad illum: et ecce ni-
chil dignum morte actum est ei.
Emendatum igitur illum dimit-
tam. Necesse autem habebat dimit-
tere eis per diem festum unum. Ex-
clamauit autem simul uniuersa